Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39281
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



55 S'l.

nem Non videbit interfici cum viderit
sapientes morientur: simul insipiens
et stultus peribunt Et relinquent alie
nis divitias suas: et sepulchra eo
rum domus illorum in eternum Tabernacula
eorum in generationem et generationem: vocaverunt
nomina sua in terris suis Et homo
cum in honore esset non intellexit: compa
ratus est iumentis insipientibus et simi
lis factus est illis Hec via illorum scan
dalum ipsis: et postea in ore suo complac
ebunt Sicut oves in inferno positi
sunt: mors depascet eos Et dominabi
buntur eorum iusti in matutino: et au
xilium eorum veterescet in inferno a gloria eorum
Verumtamen deus redimet animam meam
de manu inferi: cum acceperit me Ne timueris
cum dives factus fuerit homo: et cum
multiplicata fuerit gloria domus eius
Quoniam cum interierit non sumet